

Teil A: Übersetzung

*Plinius als „Heiratsvermittler“*

*Plinius präsentiert in einem Brief seinen Freund Minicius Acilianus als einen in jeder Hinsicht idealen Heiratskandidaten für die Nichte seines Adressaten Iunius Mauricus.*

Petis, ut fratris tui filiae prospiciam<sup>1</sup> maritum. Quod merito mihi potissimum iniungis<sup>2</sup>. Scis enim, quantopere summum illum virum<sup>3</sup> suspexerim dilexerimque. Nihil est, quod honestius a me suscipi possit, quam ut eligam iuvenem. Qui quidem diu quaerendus fuisset, nisi paratus et quasi provisus esset Minicius Acilianus.

Patria est ei Brixia<sup>4</sup> ex illa nostra Italia, quae multum adhuc verecundiae, frugalitatis atque etiam rusticitatis antiquae retinet et servat.

Pater Minicius Macrinus, equestris ordinis princeps, quia nihil altius voluit; adlectus enim a divo Vespasiano inter praetorios honestam quietem huic nostrae ambitioni constantissime praetulit. Contigit et avunculus ei P. Acilius gravitate, prudentia, fide prope singulari. In summa, nihil erit in domo tota, quod non tibi tamquam in tua placeat.

Aciliano vero ipsi plurimum vigoris, industriae, quamquam<sup>5</sup> in maxima verecundia. Quaesturam, tribunatum, praeturam honestissime percucurrit. Est illi facies liberalis, multo rubore suffusa, est illi ingenua totius corporis pulchritudo et quidam senatorius decor. Quae ego nequaquam arbitror negligenda.

Nescio, an adiciam esse patri eius amplas facultates<sup>6</sup>. Nam, cum imaginor vos, quibus quaerimus generum, silendum de facultatibus<sup>6</sup> puto; cum publicos mores atque etiam leges civitatis intueor, quae vel in primis census hominum spectandos arbitrantur, ne id quidem<sup>7</sup> praetereundum videtur.

Tu fortasse me putes indulnisse amori meo supraque<sup>8</sup> ista, quam res patitur, sustulisse. At ego fide mea spondeo futurum, ut omnia longe ampliora invenias, quam a me praedicuntur.

- 
- Angaben:
- 1) prospicere: hier beschaffen
  - 2) iniungere: auferlegen
  - 3) Gemeint ist der Bruder des Adressaten.
  - 4) Brixia,-ae: Ort in Oberitalien, jetzt Brescia
  - 5) quamquam: hier jedoch
  - 6) facultas,-atis: Pl. Geldmittel, Vermögen
  - 7) ne...quidem: auch nicht
  - 8) supraque ≈ magisque

**Bitte beachten Sie die Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!**

## Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Führen Sie zu den nachfolgend aufgeführten Lehrsätzen aus lateinischen Fabeln jeweils eine passende deutsche Redensart an:
  - a) Quicumque turpi fraude semel innotuit, etiam si verum dicit, amittit fidem.
  - b) Omnis laus ex proprio ore sordescit.
  - c) Ne gloriari libeat alienis bonis. (3 BE)
  
2. Erklären Sie, über welche Nachrichten die ‚Nuntii Latini‘ von Radio Bremen jeweils in den folgenden Texten berichten:
  - a) Iam primo suffragio hic theologus et iurum civilium propugnator electus est.
  - b) Ministrorum Germaniae coetus censuit ultimam officinam atomicam abhinc undecimo anno claudendam esse.
  - c) Uxor nepotis reginae Britanniae primum pariet.
  - d) Unio Europaea pedifollica constituit certamina campionatus Europaei anni bis millesimi vicesimi in tredecim urbibus civitatum diversarum futura esse. (4 BE)
  
3. Das ‚klassische‘ Latein hat im Laufe der Zeit in verschiedenen Bereichen Veränderungen erfahren. Ermitteln Sie, welche Form jeweils in den folgenden Textbeispielen aus spätantiken Predigten der lateinischen Schulgrammatik nicht entspricht, und geben Sie dabei die korrekte Form an:
  - a) Christus tibi aperebit ianuas suas.
  - b) Diligenter attendite, quid Dominus dixit.
  - c) In animam nostram maiorem studium debemus semper impendere.
  - d) Multi sunt, qui putant hoc ad vitam aeternam sufficere. (4 BE)

4.

- A Inde sibi factas umeris accomodat alas  
B perque novum timide corpora librat iter.  
C Et movet ipse suas et nati respicit alas  
D <NAME>, et cursus sustinet usque suos.  
E Iamque novum ...  
F Icarus ...

- a) Benennen Sie die Versart(en)! (1 BE)
- b) Füllen Sie die Lücke in Vers D mit dem inhaltlich passenden Eigennamen! (1 BE)
- c) Vervollständigen Sie die Verse E und F unter Verwendung der nachfolgend aufgeführten Wörter inhaltlich stimmig und metrisch korrekt:  
E: iter – positoque – delectat – timore  
F: volat – audaci – fortius – arte (2 BE)

*Bene eveniat!*